





Rep. B. IX. 8. Mandatum Electorale.

In sinum nunc iussit in Druck auß gegangene  
ctät hin kühn dem Titel: Amica admoniti  
cione: wird für gegeben, als ob im  
Branden Lande die meisten Theologi sin  
Meinung sein würden, wenn sie gegen  
ten für Land bekümmert und lesen ha  
nen für. Branden aber gleichwohl das  
das sie vor publicierung der Apologie verstanden,  
wie es für einmütig bewandert und besprochen, mit  
quädiagten besetzt, alle und redet dieses bünd.  
für für stant für pastores und Diacone wollen  
genügend lesen und prüffet lesen beirath, innerhalb  
Monatsfrist vom 30. May an, von der Decision der  
Vier für für fragen, ein für für, was ein jeder für  
beurtheil und ein werden das wieder gibt. p

IX. VIII. 19.

A. III. 24.

F 4 216  
9



29  
26.  
Τῆ Σειράχ κεφ. κς.  
Γυνὴ ἀγαθὴ μερὶς ἀγαθὴ, ἐν' μερίδι φοβημένων κύριου  
δωθήσεται.

ENCONIUM CONIUGII,

Humanæ propagationis & felicitatis MEDII,

Libidinum molestiarumq; REMEDII:

scriptum honoribus nuptialibus,

*Viri, Pietate, scientiâ legum, & virtute Præstantissimi,*

DN. ANDREÆ

SCHIMPFII, Patriæ Zörvvigæ Syndici fide-

lissimi, matrimonium ineuntis cum virgine

pudicissimâ,

SIBYLLA,

*Amplissimi Integerrimique Viri,*

Dn. JOHANNIS ENGELBERGII,

civis Zörvvigensis, Notariiq; Publici, filiâ dilectissimâ.

d. 13. Novemb. 1621.

PAULO ROBERO S.S. Th. D. Conc. Hal. aulico.

✠ (o) ✠



HALÆ SAXONUM,

Exscribebat PETRUS FABER,

ANNO

M. DC. XXI.





**V**itam quid faciat suaviorem,  
SCIMPFI, fax THEMIDOS, jubar SOPHIAS,  
SCHIMPFI, Syndice, Cor & os Senatus,  
SCHIMPFI, olim mihi dulcis ô Achates.

Quid vitam faciat suaviorem,  
Ut solatia sint molestiarum  
Condimenta quæ læta tot laborum  
Nec nos Syfipheo labore totos  
Perdamus miseri, ferisque curis;  
Aut cor vultureo subinde rostro  
Rodamus, maceremus, exedamus:  
Quæ sit summa boni fugax per ævum,  
Et gratissima, post DEUM, voluptas,  
Et dulcis medicina tot dolorum:

SCHIMPFI vis doceam? MARITA DULCIS.

Nam quid certius est fide MARITÆ?

Quid felicius est manu MARITÆ?

Quid festivius est jocis MARITÆ?

Nil affamine dulcius maritæ;

Nil formosius osculo maritæ,

Nil partu preciosius maritæ.

UXOR deliciis suis amorum,

Et casto cavet efficitque philtro,

Ne Circes placeat perire potu,

Ne Syrtes adeas periculorum,

Ne



2  
Ne perdant veneres abominandæ;

O felix varij medela morbi!

Uxor consiliis fidequè summâ,

Et curis, precibus piisque præstat,

Ne te fors tenuis, vel absquè censu,

Vexet sub senium, nec infidelis

Servus decipiatquè deseratquè,

Aut per tempora vana cælibatus,

Luxu, luxurie, furore, lusu,

Et vitæ ratione dissolutâ

Vim perdas animi pecuniæquè.

O grata omnigeni medela damni!

Uxor te sobole novâ parentem,

Atquè hinc reddit avum nepote multo,

Ne fias generisque nominisque

Vespillo proprii; sed alter idem

Succedat, superis ut ampla tandem

Ex te progenies seratur hortis:

Summæ ô divitiæ; Lubentiæquè!

Præ cunctis medicus fidelis Uxor,

Præ cunctis monitor fidelis Uxor

Præ cunctis socius fidelis Uxor.

Si friges, focus est, fovetquè lentum;

Si ferves, nivea est, refrigeratquè,

Nam vis astrica spiritalis illi.

Multum ☉ habet, citæquè ☽

Et multum ♀, & què fausti,

A 2

B unde



unde gelu, calorque &  
Torpor & que temperantur  
Frontem si caperam videt mariti,  
Si curas animi, gravemque molem,  
Ipsa ad laticiam reducit agrum;  
Et nunc dulce melos, DEIQUE plenum  
Sensu, gutture concinit sonoro,  
Dum vel pingit acu, tuosque bysso  
Intexit titulos, sibi que gaudet  
His à te radiis nitere posse;  
Vel res, aut sobolem, domumve curat:  
Nunc ænigmata, sutilesque griphos,  
Aut profert tabulam latrunculorum,  
Perdendoque facit jocosa palpum,  
O vitam lepidam! ter ô beatam!  
Quod si balnea sint paranda forsam,  
Conjux instruit, anxieque curat  
Ne fumus, vel odor, vel ardoringens  
Bilem commoveat, rosas & herbas  
Dispergens varias, precesque fundens:  
Et servas vocat, instruit, precatur,  
Iras atque tuas jubet vereri,  
Ne te commoveant remissiores:  
Mundas interea, novasque vestes,  
Intritumque meri parat quadrimi,  
Et texit roseam mana venustâ,  
Quam sacret capiti tuo, corollam;

Flores



3  
Flores mente tamen fragrantiores,  
Et formosius exhibens rosetum.

Ac ne deficient dapes salubres,  
Missus ipsa parat, cibosque gratos,  
Admiscens fidei potens aroma,  
Casti dulceque saccarum favoris,  
Gustans sollicita sub inde lingua,  
Ne quid non sapiat tuo palato.

Non UXORE decentior Smaragdus,  
Non UXORE virentior Cupressus,  
Non UXORE politius metallum.

Qualis cerva levis per arva ludit,  
Primum nos fugiens, sed inde supplex  
Accedens, domui futura nostrae  
Gratum delictum, decusque laetum.

Qualis hinnuleus, velex ovili  
Segrex agniculus, movet salivam,  
Assuetus dapibus, toroque nostro,  
Silvarum immemor & fluentis undae:  
Talis morigera & ventusta conjux.

Non Sol splendidior meridianus,  
Non ignes alij, facesque caeli,  
Non sidus Veneris, Jovisque clari.

Vestes ipsae etiam, levisque sindon  
Absentis, satiant amore mentem.

Et quis divitias beatitatum,  
Dotesque innumeras pie MARITAE

A 3

Percens



Perconsere queat brevi phaleuco !

Aur saltem numero notare justo :

Non si vena mihi, stylusque felix

Sit prisicique novi que Martialis,

In laudes satis iverim MARITÆ.

Te, SCHIMPFII, melior Magister, Usus,

Istas delicias docebit omnes :

Quas imis igitur tibi medullis,

Cum ter-millecuplâ salute grator :

Dulcem grator ego tibi maritam,

Summam nempé boni fugax per ævum.

Hæc te corde pio, fideque, sanctâ,

Hæc te læticiis, AMORE, MORE

ORE, REque juvet, per aspra rerum,

Per jucunda, per hoc inane mundi,

Et sic deliciis suis dynastâ

Perfarum faciat beatiorum.

Et sic ANGELICAM sub axe vitam

Tecum transigat, angelisque dignam.

Hæc imo ex animi precor recessu;

Si fas, addo JO CUM, sed absque morfu;

Nam non ANGELICAM vovebo vitam,

Sed nostræ similem, JO CISque tristam:

Ut sint ANDREOLÆ, SIBYLLULÆque,

Ut sint SCHIMPFIOI, JOCOSULÆque.

Pâtere, ANDREA sponse, lateri huic tuo alium spon-

sum accedere, sed suam propè

sponsam.

Viri



*Viri enim Consultissimi,*  
Dn. **JOHANNIS BORNITZII**  
J. U. D. & c. affinis mei novi, cum virgine lectissima,  
**JUDITHA,**

*Reverendissimi & Excellentissimi Viri,*  
D. D. **VVOLFGANGI MAMPHRASII** filiâ,  
nuptiis hoc gratulatus sum ἐπιθαλαμίας, quod inter schediasmata, cum tibi versificandum esset, repertum, supplementis Calcographo paginis, huc transferendum duxi:



*Um modò venissem magno cum Principe TORGAM,  
Dictus ab undenis quam lavat ALBIS aquis.  
Quàm res praeclaras, monumentaque Dedala vidi!  
Credulus his oculis vix satis ipse meis.*

*Praxitelis manes, Phidiaeque, tuosque Vitruvi,  
Cranachique tuos hic habitare putes.  
Usque adeò tabulis, saxis atque arte superbit,  
Cum nostraque operis emula certat Halâ.  
Denique vix quicquam, quod vidi, laude carebat,  
Dum vidisse tamen paucula fortè negem.  
At qua non oculis, sed tutis auribus hausi,  
Heu quàm non simili grata fuere modo!  
Pleraque vel lacrymas, animo suspiria certè  
Mòverunt, tanta semper in orbe vices.  
Optimus ille senex morbo languebat acuto,  
Præco DEI, quo vix sanctior alter erat.  
Cetera non repetam, notorum fata virorum  
Quas luerit penas ille vel illa DEO.  
Accidit una tamen mihi grata auditio TORGÆ;  
Una fuit sbris fama ter apta meis.  
Quidnam hominis, dixi, BORNITZIUS? ater an albus?  
Doctus an è trivio? Martis an artis amans?*

*Cur.*



Cur spectat Torga Wurzensem ducit amicam?  
Dulcior Albiacis Muldanè forsàn aquis?  
Responsum: Vite BORNITZII S integer acta,  
Magnus apud nostros, re, pietate, fide.  
Consiliis, usurerum, splendorequè legum,  
Eminet, & quisquam si bonus, ille bonus.  
Cui, licet hic nullam poterat timuisse repulsam,  
Monstrarunt alium fata animusquè locum.  
Siccine? nil, inquam, famà mihi gratior istà,  
Nam sponsa à nostrà non aliena domo.  
Filia MAMPHRASII est, propiùs mihi sanguine juncti,  
Unus nos genuit profator, unus avus.  
Et sic non possum generi, nec debeo, nostro,  
Quàm benè velle animo, quàm bona Verba loqui.  
Attentus igitur porrexi ad Numina palmas,  
Votaquè pro fausto fadere sancta tuli:  
Sit tibi laus JESU, felicis pronube lecti,  
Sit tibi, quem bonitas tanta meretur, honos.  
O sic justorum miti genus aspice vultu,  
O sic MAMPHRASIO post pia fata fave.  
Hæc ô sponso vento rege vela secundo,  
Semper ut adsit EROS, semper ut exsit ERIS.  
Nulla dies illis ceptos commutet amores,  
Sed semper juvenes sint sibi, semper ament.  
Affluat alma patris benedictio divite cornu,  
Omnis & à summâ summa salute salus.  
Pignora nascantur Sponsis, plantaria Cæli,  
Et senij quondam dulcia fulcra gravis.  
Denique pro votis, quantum juvat, omnia cedant,  
Sit benè principium, sit benè meta, precor.  
Hæc, BORNITZIADÈ, Torgæ tum vota ferebam,  
Hæc Wolmirstadij, jam quoquè vota fero.  
Quàm vellem prasens vestris plus addere tadis,  
Affinisquè oculos discere nosse novi!  
Sed non officij ratio permittit & aula,  
Interea hanc dextram pignus amoris habe.

F I N I S.



Theses Synodicae Cizenses D. Erhardi Lauterbach.

Præsentia Dei siue sit æqualis siue specialis, siue exaltata, siue  
gloriosa nunquam est a se ipsa, hoc est otiosa, sed actionem implens  
et modum operis se ingrediuntur de seem præsentia eorum modi. 1.

Præsentia Dei præsentia factum est mensuras et infinitas æntia et  
tentia diuina: quia n. universalis eadem præsentia non est otiosa, sed eam  
nam mundi se complectitur, sacra scriptura testatur, Regimen  
caeli et terræ, omnium creaturarum in libro Dei arbitrio fundam  
entem et præsentia Dei tam gratiosa, quam gloriosa, quam talis, à sola libera  
et propria Dei voluntate dependet. 2.

Membra inter locum et carnem assumptam præsentia et personalis  
est propria est aduersus, unde et notoria sunt idem naturalis  
habere eodem modo, tum in statu exinanitionis, quam exaltationis. Hinc  
bunt nunquam est extra suam carnem, neque caro nunquam, nec ulli est  
extra Verbum. 3.

Præsentia a seipsum carnem de creaturas est voluntaria, itaque suos dis  
tinctos modos et gradus, et per voluntate Christi creaturis se subtrahi  
eius de re non est consequentibus, quia ratio sua de omnino personali ne  
cessitate potest, sed de sacra scriptura indicandum est, in qua sola acq  
uescere potest conscientia. Communicatorum n. Verbum diuino  
num est ipsa ad extra se libere voluntatis. 4.

Factum est etiam universalis omni præsentia Christi carnem exaltatum est  
personalis diuina natura unio rationis facultatis et potentie:  
sed ratio plenarie usque ad acceptam maiestatis factum est  
exaltatio, et ad dextram dei sessio. 5.

Gratiosa n. Christi præsentia seipsum carnem de credentes in ecclesia mi  
litante habet quidem primum principium et factum unionem personalem,  
sed simul à libera eius voluntate et eudoxia in ecclesia nobis pro  
missa dependet. 6.

Gloriosa demum eius in ecclesia carnem præsentia in caelis de beatorum  
ecclesia triumphante itidem factum primum habet de omnino personali, sed







tempore hoc unum non gubernavit occultè, sed formam Dei  
secretò habuit usq[ue] ad temp[us] exaltat[i]o[n]is, in qua Christus homo  
univ[er]sali et plenarie dominari cepit oib[us] creaturis sine ulla  
intermissione.

Falsè er[ro] hoc est quondam auct[orit]as:

Operat[i]o[n]es carni communicat[ur]e nunq[ua]m cessant.

Omnipresenti[æ] us[us] cessare nunq[ua]m potest.

Christ[us] ut h[oc] se op[er]atur cum patre consubstanti[al]iter.

Humanitas Christi à primo concepti[on]is momento sedet ad dextram dei.

His enimstantibus, Christus pati et mori non potuisset. Accense  
o[mn]es antitheses in solida quatuor controuersor[um] capitul[um] decisio  
ne positas.

FINIS.

74 2133 2

ULB Halle 3  
004 154 355  


Sb.


LD 175











B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

29

26

Τῆ Σειράχ κεφ. κς.  
Γυνὴ ἀγαθὴ μερὶς ἀγαθῆ, ἐν' μερίδι φοβημένων κύριου  
δωθήσεται.

ENCOMIUM CONJUGII,  
Humanæ propagationis & felicitatis MEDII,  
Libidinum molestiarumq; REMEDII:  
Scriptum honoribus nuptialibus,  
*Viri, Pietate, scientiâ legum, & virtute Præstantissimi,*

DN. ANDREÆ

SCHIMPFII, Patriæ Zörvvigæ Syndici fide-  
lissimi, matrimonium ineuntis cum virgine  
pudicissimâ,

SIBYLLA,

*Amplissimi Integerrimique Viri,*

Dn. JOHANNIS ENGELBERGII,  
civis Zörvvigensis, Notariiq; Publici, filiâ dilectissimâ.  
d. 13. Novemb. 1621.

PAULO ROBERO S.S. Th. D. Conc. Hal. aulico.



HALÆ SAXONUM,  
Exscribat PETRUS FABER,  
ANNO

M. DC. XXI.